HIERONYMUS
Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

moyses. iesus naue. esaias. hieremias. ezechiel. zacharias. dauid. salomon.
fuerunt atria. hoc est atria fuerunt. primum illos intramus et de illis atrium
postea uenimus ad atrium euangelii ubi inuenitur xpi. Commouetur a facie eius
uniuersa terra. Vide le quid dicat caelum non mouetur a facie dei. sed quicumque terrenus
ille respicit dnm et commouetur et tremescit. dic et in gentib: quia dnus regnauit nisi
terra commota fuerit et a sua terrena operatione cessauerit dnus non regnat in gentib:
Etenim correxit orbem terrae qui non commouebitur. Ideo uenit
numquam corrigitur nisi quod ante rectum fuit et postea depraua tum est. Sic igitur
et nos et omnem humanum genus naturaliter intellegunt dm. Nullae enim gentes sunt
quae naturaliter non intellegant creatorem suum. Licet enim lapides et ligna ueneremur
tamen intellegunt aliquid maius esse. quam ipsi sunt et in error es suo inducant se habere
sapientiam. hoc est nulla gens est. quae naturaliter non intellegat dm. denique gentiles idola
colunt. hoc est lapides et ligna ueneratur. et si forte rixam fecerit
et si iuramentum aliquod inter illos uenerit non dicunt lapides istiuidem ligna
uident reddere iudex et audit. Vide le ergo quid dicat et enim correxit
orbem terrae qui non commouebitur. Ideo uenit xpi et correxit genus
humanum quod ante fuerat depraua tum ut iniquitatem non mouetur. Crux enim
ipsius columna est generis humani in pracolumna aedificata est. domus eius
ego crucem dico non lignum sed passionem. Celerum crux ista et in britania est.
et in india est. et in uniuerso orbe terrarum. denique quid dicit et in eum qui nisi
tulerit crucem meam et cotidie secutus fuerit me. Vide quid dicat nisi anima
sua ita ad crucem fuerit paratus sicut me fuit puto mei discipuli. esse. non po
testis. felix quis crucem et resurrectionem et locum natiuitatis xpi et locum ascen
sionis portat in pectore suo. felix est. quia et hel habet in corde suo incuitur cor
xpi cotidie nascitur. denique quid dicit bethel domus panis. simus et nos domus
panis qui de caelo descendit. cotidie nos xpi crucifigitur. nos mundo cruci
figimur et xpi in nobis crucifigitur. felix est. incuitur corde cotidie xpi resurgit
si cotidie peccatis suis et alia leuis: agit penitentiam. felix quia cotidie de monte
oliueti ascendit ad regna caelorum. ubi sunt olliue uberes. ubi lumen xpi nascitur
ubi sunt olliue ad nos. Ego enim quasi oliua uberis in domo dei.
Accedamus ergo et nos lucernam nam de ista oliua et fructum xpo ieimus ad regna
caelorum. et enim correxit orbem qui non commouebitur. O ecumenem in qua
ipse habitauit. o ecum et enim meliur graece dicitur quam latinice. Orbem ut et nos
corrigatur ecumene in qua habitauit pater et filius. et spiritus sanctus.